

12

SIRENIS LACRYMAE

EFFUSAE IN MONTIS VESEVI
INGENDIO,

ET

Gratiarum actio pro recepto
beneficio.

AUCTORE

D. IO. PETRO MASSARIO

V. I. D. Oratineñ. & Ciue Neap.



NEAPOLI,

Typis Aegidij Longhi M. D. C. XXXII.

EXALTENT magni raptas impune Sabinas
 Herculeas clari curent extollere laudes
 Carminibus vates; Hederà florente reponant;

Ac partus Alcmena tuos, odioque nouerca
 Difficiles, tandem solerte Galanthis astu
 Elusas artes magicas, nexumque solutum.
 Ficta canant alij placide dulcedinis ore,
 Atque Palephatij mendacia credita chartis:
 Cygnum Leda tuam geminos enixa; puellam
 Nauibus abductam Phrygijs, incendia belli,
 Non nisi Pergameis tandem sedata ruinis.
 Oedipodionio funestas sanguine Thebas.
 Quas epulas infensa viro matrona pararit
 Ismario, seuasque manus maculasse parentem
 Pignoris vnus rutilanti sanguine, dulces
 Cum petit amplexus, ac matris ad oscula surgit
 Et si que fuerit deterrima causa malorum;
 Carmine lasciuos ad sydera tollat amores
 Musa frequens hederis vatium, miscere perita
 Candida puniceis, vario sæcunda colore
 Luxuriam campi, Montis, truculentaque Regum
 Bella, ferosque Duces, & fata immitia, queque
 Tollat humi famam charis, æuoque perennet.
 Ast ego surgentes tenebras, incendia, & undas,
 Et cineres, validos commixta grandine nimbos,
 Mox toto Boreas pugnantes æthere, & Euros,
 Qui insonuere truces, agitantque insana furentes
 Aequora, & immensis nigrat Neptunus in ades
 Fluctibus, iratam tollens ad sydera spumam.
 Vesuii flammæ, consumptum à fulmine Bacchum,
 Extinctas gentes, conuulsa radicibus imis
 Arbuta, collapsam Cererem, floresque iacentes,

Studium
 Auctoris in
 hoc opere.

*Ingentes Montis furias, summasque ruinas,
 Quas trepidans vidit totum celebrata per Orbem
 Inchyta Parthenope lacera sub imagine vultum
 Humanum referens, venturi prescicia Fati,
 Et lacrymis perfusa genas, subijt aurea cæli
 Limina, & Iratum non audet adire Tonantem,
 Audentemque nouo terras iacularier igne,
 Languida sed MARIÆ sic pulsat Virginis aures.*

*VIRGO, decus cæli, terrarum gloria, Virgo,
 Cuius ope, infandos ego sum persæpe dolores,
 Et clades solata nouas; tu supplice vultu
 Exaudi orantem, Humana spes certa salutis,
 Ad te confugio lacrymans, tua numina poscens;
 Respice presenti seui contagia montis
 Tempore perpeffam fata asperiora marientem.
 Desereris heu quare me in dura morte relietam?
 Vesfeui montis motus, summique fragores,
 Innocuam Zephiri certant consumere gentem;
 Et cinas spoliare meos, templa bespita Diuum
 Vertere, & insolitis confundere tecta ruinis;
 Eripe me tantis Virgo intemerata periclis,
 Virgo potens, Natique tui compeffe furorem,
 Et mihi tot mala, tot crudelia funera passe;
 Tantorum liceat finem spectare laborum.*

Talibus orantem sic temperat inchyta Virgo.

*Casibus in tantis, te tanto in turbine rerum
 Sustineat patiens virtus; Nam infanda tuorum
 Crimina Siderei mouerunt Principis iram;
 Ista repentinos Montis in tua damna tumultus
 Excitat, vlticem veterum experiere malorum.
 Nam prauos mores, & plusquam ferrea cerno
 Secula, iamque Deum cælestia templa reuifens,*

Alma

*Vibs' Nea-
 polis nō au-
 dens adire
 Deum B.V.
 Mariæ au-
 lum orat.*

*Virgo opē
 suam polli-
 cetur Vrbi
 Neapolis.*

*Fata prius
 graui obiu-
 ratione.*

Alma Themis longè vestris discessit ab oris.

Non est qui rectè se gerat, omnia praua.

Ergo iram differre ultra nequit aetheris Auctor,

Sauiet, ac tantos precibus placare furores

Non poterunt casti pueri, castaque puella,

Si modo sunt casti pueri, castaque puella;

Nam simul in lucem veniunt, scelerata parentum

Exempla accipiunt, tenerisque imitantur ab annis.

Sed cum tu scelerum dignas expendere pœnas

Incipies, lacrymosa Deum placare memento

Supplicijs varijs, diuina potentia sanctis

Flectitur obsequijs; placabitur ira Tonantis.

Heu quia nam superum contemnitis inchyta dona?

Vosque, & cœlicolis simul, & mortalibus ipsis

Redditis inuisos impura ob crimina vita?

O turpes queso tandem deponite mores,

Ingluriemq; & avaritiam, Veneremque nefandam,

Fœda alia ut sileam, quæ ne Dî cernere possent.

Amplius inque Deum mentis occluditis aures.

Aspidis in morem, vita sed pœnitet aetæ.

Sic dabitur populo mæsto perferre labores

Horrendos, rerumque vices exantlare labentes.

Concidet hæc montis tempestas tempore paruo,

Ne dubita; ostendi fortunam aduersa minantem,

Quæ possis superare viam; tu pone timorem,

Namque meum cernes tibi semper adesse fauorem.

Dixerat, at superas mox deuolat illa per auras.

Palluit in alto sol aureus; occulit ignes,

Et Conos cæca roseos caligine texit,

Tum ferrugineo faciem velauit amictu,

Abnegat & solidum lumen mortalibus, ipse

Lumine defectum solem mirantur, & omni

Hortatio
Virginis fa-
cta populo
Neap.

Caligo str
per terram
circa solis
ortum.

Luce

Exhalatio
vaporis in
iugo mōtis.

Varia stu-
dia populi
in hoc mu-
tu.

Oratio po-
puli facta
Deo irato.

*Lucē diem, populōs agit auit fera propinquos
 Nox, & flammivomum montano e gurgite flumen
 Fluxit, & hinc populi exhalantem vertice fumum
 Vessui inspiciunt, qui se montis ad instar
 Turgebat, summum superare studebat Olympum,
 Exhalare iugo piceos trepidante vapores,
 Atque solum tremere, & tenues mouere fenestras.
 Exanguēs remanent mortales, oraque pallent;
 Et propē destituunt animā iam corpora cara.
 SIRENIS tremuere sinus, gelidusque succurrit
 Imā per ossa tremor, sunt facta & languida mēbra,
 Semisopita toris deturbant corpora matres,
 Infantesque suos, distinctis vestibus, vlnis
 Accipiunt, capiuntque fugam, trepideque puella
 Cum pavidis pueris linqunt sua tecta, senesque
 Incurui, magnam currunt SIRENIS ad Urbem
 Ad notas alia versus decurrere sylvas,
 Et pedibus nudis, inconcinnisque capillis;
 Femeisq̄ sonat fuscus vlnatibus aer.
 Ast quibus est aui viridi iam corpore sanguis
 Integer, & solido vires stant corpore, villas
 Defendunt, rebusque suis succurrere tentant.
 Sed timor excurrēns trepidus per membra retardat
 Incertos, suadetque fuga sibi ferre salutem,
 Inde cadunt vasto in tremulam cum corpore terram
 Horrifono sonitu montes, vallesque tremiscunt,
 Tamquā flammigerum celum trahat omne ruinam,
 Inque chaos remeare velint propē cuncta vetustum.
 Olli suspiciens altum gens tristis Olympum
 Nubifcum, ardentes has mittit ad aethera voces.
 Heu quia nunc tanti consurrexere tumultus.
 Quidue parat tellus? sublatus murmure Vesbius
 Inge-*

Ingemiscat & rabie: ventis bacchantur astroci:
 Quale refert portentum oculis, quae funera portas
 Vel caelo metuenda die, & quae uuminis ira:
 Ducis ad occasum mortales fineri instar
 Omnipotens iam iamque sinu telluris humandos
 Incubuit ne tuus furor in nos totus, & omnes
 Laxasti irarum rupis compagibus ignes:
 Quis globus à nostra vindex inuicte salutis,
 Multiplicique minax acies certamine motis
 Imminet? Insurgitque vorax in montibus ignis,
 Terrificosque globos flammaram, & sulfuris undas:
 Depluit, assiduis augens tormenta diebus,
 Vesibusque iuga excusso nunc terruit urbes
 Prodigys, fecitque datis incendia signis.
 Quò diuersus abis, vultumque abscondis, & agrum:
 Despicis adiutor, tumida cum mente ferocit
 Vesibus? En Pater auxilium fers amplius ullum?
 Miscentur caeli tenebris, caligine tellus:
 Horret, qua tuus auersa vultu, usque latebit
 Numine, flagrabitque tua furor aether ira?
 Est hominum natura tibi num condita frustra?
 Tantorum pietas operum quò prisbina cessit?
 Quo fidei promissa tua iurata prioris?
 Ne mea difficili peccata redargue vultu,
 Dum furor, atque tua deserbuit impetus ira,
 Sed perpende memor quis sim, quam fluxa caduca
 Sint vite momenta breuis? quis vescitur aura
 Aetherea, cui sit vite mortalis adempta
 Conditio? gelidique animas de margine busti:
 Quis possit seruare virum? Reminiscere nostrum,
 Quàta premat mala, quàta incendia Vesibus addat;

Noxia

Piscés ma-
rini mortui
in littore
reperiti.

8

Noxia pro tenui pluuia dans æthere saxa,
Quæ populantur agros, & crebros sulfuris ignes.
Intereunt vineta, cadunt ficeta, nec arbor-
Finibus bis à strage suum defendere truncum
Ingenti valuit, ramosque tenere comantes.
Squammiger infectis exercitus interit undis.
Omnibus in terris infestat corpora puluis,
Qui lætos segetum culmos, herbasque virentes
Vberibus rofit campis, nullusque superstes
Vtrices euasit aquas; Iuuenesque, senesque
Merent, nam trepidant, reboant vallesq; profundæ.
Aliis iacent rapidis inbumata, ferisque
Viscera montanis hominum, qui sancta sequuti
Sunt legis præcepta tua; collectaque tabo,
Flumina sulfureis circumdant fluctibus oras
Euersas, desuntque manus, quas cura sepulchri
Tangat, & iniecta condat que funera terra.
Florentes popula satis uelocibus annas
Eripis, infamesque notas aspergis eidem,
Et furor extenuat vitæ compendia nostræ
Fluxa tuus, valideque tuæ subuertimur iræ
Turbine, dum nostros lustras examine lapsus.
Nostraque conspectu vigili delicta recenset.
Ecce perhorresco moti discrimina Vesbi,
Et metuo cæca tectam caligine terram,
Turgida dum tantos nunc excitat unda fragores,
Percussæque sonant horrendo murmure ripe,
Ignea dum strepitus extollunt flumina raucos,
Dum sic equoreæ stridunt Aquilone procellæ,
Detonat ac cælo Dominus fortissimus alto.
Ingratos populos seruasti, ut nominis esset
Gloria nota tui, & dextræ vis nota potentis.

Ipsè

*Ipse rubri fluctus maris obiurgavit, ut unda
 Prabuereint faciles aditus, & peruia siccis
 Aequora sint calcata vadis. Tum gurgite vasto
 Iuit arenosi catus, ceu iugere campi,
 Insidijsque viros hostilibus eruit ultor
 Incolumes, tutosque truci feritate redemit.*

*Obiecto steterat lectus tunc pectore Moses,
 Offensique grauem placarat Numinis iram.*

*Obuius obiecto FRANCISCVS pectora sistit,
 Mitta cui pauit Tiberis conchilia, namque
 Per loca nunc video rutilo splendescere in ostro,
 Gloria BONCOMPAGNI adum, sacriq; Senatus
 Missus ad imperium SIRENIS, iusta daturus
 Iudicia, & dictis nos solaturus amicis.*

Eminentiss
 Cardinalis
 Fran. Bon-
 comp. quid
 fecerit ia
 hoc montis
 motu.

*Vir bonus, in terris nulli virtute secundus,
 Sic iustus, clarus, doctus, cui recta voluntas
 Omnigenos exosa dolos fuit, ipse Potentem
 Mente Deum veritus, recti seruator, & equi,
 Iussa Patris Magni exequitur, filii protinus imo
 Pectore confurgit pietas, & temperat iras.*

*Nunc etiam quamuis omnes exurere flammis
 Iustitia admoneat, parcat tamen huius amore
 Omnipotens, Neaplis miserari incommoda gentis
 Constituet, nam FRANCISCVS sine crimine vitæ
 Duxit, & insigni pietate, & moribus ornat;*

*In quem conyicient vana sua lumina cuncti,
 Ac sibi proponant imitandum, & rite colendum;
 Parthenopeq; suis purgabit sordibus aulam,
 Mox etiam mores hominum formabit agrestes.
 His postquam Petri solium conscenderit altum,
 Componet primum sessam discordibus armis*

B Au-

*Ansoniam miseram, iucunda ad fœdera pacis
 Ipsos compellens Reges, dulcemque quietem
 Per cunctam latè Europam regnare iubebis.*

Terramotus orto so-
 le fit.

Turris Octau-
 tau laudes.

Familia Car-
 din. Boncô-
 pagni som-
 no excita-
 tur.

Desiderii
 Card. erga
 Neapolim.

*Iamque dies primos properabat lumine montes
 Spargere, & igniuomis efflabant naribus almam
 Solis equi lucem, surgentes gurgite vasto
 Cū BONCOMPAGNVS motos in monte fragores
 Audit in Octauæ Turri, dum corpora curat
 Aegra salutifero cœlo, iucundior alter
 Vix terris floret, Cereri, Bromioque sacratuſ;
 Tranquilloque situ felix, & murmure ponti,
 Illuſtri à Zephiris, placidis auiumque querelis.
 Exemplo famulos stratis surgere mandat.
 Surgite, & ætherea quod mittit ex sede flagellum
 Omnipotens spectate omnes. Nam proximus ardet
 Veſſeuus; summaque quatit vi rura, domosq;
 Surgite, namque opus est votis, precibusq; supremis
 Iratum placare Deum; & recitabimus hymnos.
 Hoc opus est chryſea grandam reparare ruuam.
 His dictis, famuli subito torpore relicto
 Affurgunt, vigilis Paſtoris iuſſa faceſſunt.
 Et ſimul genibus flexis, tentiſque lacertis
 Flent, orant, miſcent querulis ſuſpiria votis,
 Preſidio, dicunt, Deus admirande, recumbit
 Spes innixa tuo, ſibrata repelle potenti
 Tela manu, montis præſentem auerte ſurorem.
 Talibus vnanimè onerabant æthera votis.
 Olli Franciſci torquebant corda remotæ.
 Relictæ pecudes, metuitque pericula ſeui
 Dæmonis, altæ urbis celerare ad mania nocte*

Op.

Optabat, locet cunctas pietate sub alis,
 Vt gallina fouet pullos, sua pignora cautè,
 Ne rapiat, mactet stygiorum turba luporum.
 Egreditur thalamis, & limina tendit ad urbis,
 Vestis equa incedit vestita tegmine claro
 (Non aderant biga, currus Pilenta, iumenta,
 Vt Domini de more sequi vestigia possent)
 Tunc Populi lamenta ferunt, lacrymisq; sequuntur,
 In quos conuersus, prono est sic ore loquutus.
 Egredior, quoniam pastoris ouilia vultum
 Exoptant. gressum suadent sacra Numina, maius
 Urget opus, nostros sectari querite passus.
 Talibus affatus; male fausta excedere terra
 Maturat, crebrius mons tunc vomit ore vaporem,
 Flammaram globos; quatiuntur tecta tremores
 Tum vero magis, atque magis crebrescere voces
 Incipiunt gentis, stygijs terroribus acta.
 Fama malum in maius seuis rumoribus auget.
 Vicini prudens properans ad litora ponti,
 Tardantem puero conspexit remige cymbam,
 Hac visa emotis celerat accedere palmis,
 Ascendit, pelagum sulcans, remoque secundo
 Optata potitur terra, peruenit ad ades,
 Protinus, ut rerum Dominum veneremur ad aras,
 Mandat, & exponi super alta altaria iussit
 Sub Theosis; velis Christi venerabile corpus.
 Oratu hinc nimium fretus (scit namque Polorum
 Hoc opere inflecti Regem, deponere & iram)
 Instituit morè, ut Christus theca circumdatus aurea,
 A populis tota precibus cum mente petatur.
 Astollantque Polo voces, & Numen adorent.

Card. dice-
 dit ab Tur-
 re O&.

Infirmis
 40. horarū
 in æde sacra
 S. Ianuarij.

*At tonitru sonat, & rapidis micat ignibus aer.
 Audijt hac prius olli BONCOMPAGNVS, Olympi
 Propterea aspiciens, lacrymis, manibusque supinis
 Ardentes imo misit has pectore voces.*

Franc. Bom
 compagni
 Card. oratio
 facta in Ec-
 clesia.

*Sūme Pater, cœlum qui, & terras numine torques,
 Quique creata manens stabilis das cuncta moueri,
 Vertice Vesseuum spectas, quod depluit ignes
 Largos, & rapidis commiscet fulgura nimbis
 Ignea, qui multos homines, pecudesque peremit,
 Prodigijs missis, vastas perterruit Vrbes,
 Atque neci populos multos demisit acerba;
 Exhalatque iugo piceos trepidante vapores.
 Terra supercilio cœli tremefacta debiscit.
 Omnis ager plorat, quodsumque, & prodiga Vesbi
 Pandit terra sinu, frondosaque brachia syba.
 Incessat trepida gentes formidinis horror,
 Subuertit cum gente domum, vis abdita cuncta
 Commouet, & celsas ipsas de montibus ornos,
 Alternans, validum fremitum, iam fulmine quercus
 Disjicit, atque suo dedit à fundamine motus
 Terra; Poli insonuere simul, demugijt aether
 Omnis, & ardentes immensa fulguris Orbi
 Illuxere faces, manarunt montibus amnes,
 Auditusque fragor cœlo, rapidique sagitta
 Fulminis acrios visa penetrare meatus.
 Auxiliū omnipotens, oro, demitte supernum.
 Cur Deus auerso nos deseris vsque repulsos
 Lumine? Cur quas leta soles in pascua quondam
 Ducere Pastor oues, ira nunc feruidus æstu
 Persequeris? Gregis electi, gentisque memento,
 Quam propriam possessor habes ab origine primâ,*
 Ser-

*Seruet & humanam sobolem tua dextera seuo
 Vesseuo, defende manu Protector eadem ;
 Herentesque tuo lateri nos diuidet unquam
 A te nulla dies, tua nos à morte propinqua
 Afferet in vitam pietas, nos vota perenni
 In nomen concepta tuum geminabimus auo.*

*Ne seuo Populi peccata redargue vultu,
 Dum furor, atque tua deserbuit impetus ira
 Magne Deus, pœnaeque minas in mollia differ
 Tempora Iudicij, populos commissa fatentes
 Respice, nuncque tua pietate misertus anbelos,
 Languentesque foue, & recrea, medicamq; benignus
 Affer opem, vultusque tuos conuerte serenos,
 Et tua vicino retrahat clementia busto
 Hanc gentem, nomenque tuum colat illa superstes .
 Nam quis te Patrem celebret post ultima cantu
 Fata rogi ? quis laudis honor Acheronte sub imo est ?
 Facta canent manuum num puluis, & umbra tuarum,
 Et fidei promissa tua vulgabit ? at aurem
 Pacatus da mihi facilem, & miserere precantis,
 Nuncque Deus conuerte tuum mitissime vultum,
 Neque snas flammis vineta ardere, soloque
 Sint succisa, tua radijs pietatis adorna,
 Dexter ades Deus, & dextro nos lumine cerne,
 Arceat à cunctis tua gentes dextera damnis.
 His diētis . Omnes reuorenter Numen adorant
 Immensum, aeternum, & tollunt ad sydera palmas,
 Thure calent, aræ conscendit ad æthera fumus,
 Cinnama tum redolent, & que Panchaia diues .
 Munera diuinos spirantia mittit odores,
 Exhalant holocausta pijs ardenti a flammis.*

Turba

*Turba Sacerdotum huic confert deuota sacellum,
 Sæti ubi IANVARIII caput est, & sãguis in ollis
 Seclusus vitreis; pellat de montibus ignes
 Seclusos, poscat, simili seruauit ab igne
 Sæpe Urbem, & culpæ veniam concessit amicam.
 Assiduo mutabant tectã suprema fragore,
 Et miseris commota gemit de cardine linguis
 Compago, & dubius fuscus micat ignibus atber.
 Consultit innumeris nostrã virtutibus Vrbi
 Purpureus Præsul. FRANCISCVS pectore forti,
 Imperat, ut bini cuncti Crucis alta sequantur
 Signa trahi suspense, & flexi vertice pergant,
 Omnibus in morem tenui velamine flexu
 Carbaseos crispata sinus, & libera cinctu
 Poplite fusa tenus, ceris ardentibus ignes
 Dextra gerat pariles, Sanctõrum nomina narrent
 Cunctõrum, & Cæli Dominum pro gente precentur.
 Voce Deum mæsta implorent, ut montibus ignes
 Pellat, squalentes tenebris, & imagine lesbi
 Eruat insolitis ne agitet tot motibus Urbem,
 Nutantesque domos firmet, terramque cadentem;
 Nocturnasque fuget tenebras, solemque reducat.
 Vt nobis immissa dies det munera largus,
 In populos solitum Dominus confirmet amorem.
 Egreditur magno templo stipante senatu
 In sortem lecto Domini Sanctissimus ostro
 Indutus, sacra velatus tempora mitra.
 Selecto EMANVEL sequitur virtute decorus
 Moribus illustris ZVNICVS, cui Regius est mōs,
 Et nostri columen Regni, tutelaque fida;
 Nam neque tam Iuuenem fortis dilexit Achilles
 Pria-*

Processio
 fit Cardia.
 iussu.

Excell. Pro
 rex sequi-
 tur Crucẽ
 cum Prin-
 cipus Sena-
 toribusq.

Priamida calus pectus iam pertulit hasta,
 Nec tanto Pylades fuerat complexus Orestem,
 Euryalumque. sicum nec tanto Nisus amore,
 Nec Siculi fratres, ita se (nisi fallor) amarunt,
 Nec tanto affectu se dilexere Lacones,
 Pignora iam Leada, quae nunc sunt sidera nautis,
 Perythous tanta nec deflagrauit amore
 Eius, qui filo Labyrinthi recta resoluit.
 Quis referet, quantâ est usus pietate petentem,
 Partholopes, quanto ZVNICVS te iunxit amore,
 Ad Urbem gentem, miseris dum sola ruinis
 Oppida deseruit, gazas, edesq; patentes,
 IOANNES hic bargas daret facunda munera terra
 ENRICVS mandat, miseretur iustus egenos,
 Pocula sic Bacchi præberet prouidus Urbis
 ANTONIVS Lectus lautas ANGELICVS escas
 Qui locuplete manu, & medica curauit egenos.
 Hunc vita, & rerum Dominus super arua locabit;
 Lumine respiciet Dominus, redimetq; viceq;
 Pensabit meritas discrimine tutus, ut eum
 Exigat, incolumisque bonis telluris abundet,
 Arbitrioque sui vexandum haud deseret hostis,
 Exanimamque toro, fractumque dolore iacentem
 Fulciet adiutor Deus, & solabitur agrum,
 Mollia subijciens infirmis strata lacertis.
 Ut veluti Alcides oneri successit Olympi,
 Quod tremulo victus serio vix maximus Atlas
 Rite suis tolerare humeris aliquando valebat;
 Sic gemini Alcides IOANNES, ANTONIVS abo
 Quod ZVNICVS grauius dorso iam sustinet Aetna
 Forti animo, nulli succumbens mente labori.

Vasto

Io. Enri-
 quez anno;
 nae prest-
 etus alit pa-
 uperes fla-
 mis creptos

Antonius
 de Angelis
 Pop. Neap.
 Electus ma-
 gno fuit e-
 genis au-
 xilio.

Enriquez,
 & Antonius
 de Angelis
 sūt Alcides
 Proregi.

Vasto succedunt oneri, auxiliumq; ferentes,
 Altum per se animum ZVNICI Proregis adaugent
 Hinc fit, ut adiutus moliri ingentia facta (His
 Audeat EMANVEL ZVNICVS, quæ pspera sau
 Omnia respondent votis, Rege auspice Cœli.

Prorex ani-
 mat populû

Nocte, dieque tecum vigilat, sua commoda spernēs
 Siue opus, aut pelagi foret, aut telluris agendum.

Ergo animat populum montis feritate furentem
 Per loca, perq; vias, anfractus Vrbis ad Aedes
 Sacras, & Procere ducit post terga micantes
 Esacibus, Comitesq; Ducesque, Gētemq; togat am,
 Hastatas rubeas pressas è Marte Phalanges

Premisit, nullo seu commotus ab iētū
 Fortune, & Fati doctus super are procellas,

Et cum uxore sua ELEONORA inferre periculis
 CVSMANA, cœlique omnem tolerare ruinam.

Excellentiff.
 Eleonora
 Custanz
 Proregis v-
 xoris virtu-
 tes.

Hæc licet alta toro sedeat, vallata ministris,
 Regalemque domum pario de marmore structam,

Sublimemque colat minis, longisq;e columnis,
 Tendentem palmas cœlo, precibusque vacantem
 Aspiciunt famuli, voluentem oracula Patrum,

Cui licet ornato iam fulget Iaspide pectus
 Distinctum, sryioue caput perfragat amomo;

Et compta cum lege coma, cum murice vestis
 Aurea dependet; CVSMANA pulcrius unquam
 Nulla patrum vidit, nec cernet serior atas.

Quamuis Hyppomenes Atalanta exarserit aurea,
 Alcides Iole, Briseide clarus Achilles,

Phryx Helene, Bacc hūs Minoide, Iuppiter Io,

Est formosa suo sit visa Polyxena Troie;
 Istas tamen Veneris lasciuę gaudia vitat,

Ac

Ac choreas, risusque leues, sed numine plena,
 Castus amor, pietas, humilisque modestia sordi est,
 Integra religio, fides, reuerentia honesti,
 Hinc visit gentes, quarum depascitur agra,
 Aut tenuat feruens, consumens corpora morbus.
 Peonia, miserans curari precipit arte,
 Verbera non inopes spernit, non vulnere passos
 Negligit, atque docet rectos insistere calles,
 Commouet exemplo cunctorum nobile cordas.
 Nam seu detapsus cecis Vulcanus habemis
 Seuiat, aut missus tectis exaestuet ignis,
 Igneaque excelsas deturbent fulmina turres,
 Conuolat ad sacras Mariae Virginis aedes,
 Et prona ad sacros Thronos procumbere posses
 Affectet, & templum lacrymis, & frigida saxa
 Flumine ab irriguo madidans tepesacta rigare,
 Mariaeque repetere clara numina voce
 Pectore de medio Diuosque, Deusque precari.
 Tempus erit, metri exotici iam fida resumam.
 Aera crepant, & rixit populus. Mons omne terret,
 Euomit, & tellus flammis, mons Vesbius, unde
 Sape olim flagrans cineres difflauit ad Aethras,
 Et Thracas usque, & lapidum pluit ignes procellis.
 Interdum quatitur, arctis que erumpere claustris
 Nititur excussis ventos, excindit & caedat
 Innumeras, spirat vim terro à viscere diram
 Sulfuris, omnigenos ab hiatu, orci que labores,
 Eumenidas, stygias, Hydras, Scyllasque, Chimeraeque,
 Nubita fuscas, imbres, nimbos, & fulmina vibnat.
 Vel cecis immissa vijs, specubusque profundis,
 Aut utero tandem concepta furoris ubi astra.

C. . . Semi-

Visitatione
 hospitalis
 frequenter
 facta à Cus-
 mana.

Rosarij re-
 citatio facta
 à Cusmana
 in Ecclesia
 s. Dominici

Motus Ves-
 seui cinis
 ad Thracas
 delatus,

Causa va-
 poris exci-
 tati in Ves-
 seuo à quo-

Semine suscepto; erumpunt è montibus amnes.
 Insiliunt acies ventorum murmure circum,
 Hic Notus, atq; Eurus, Boreas simul Africus acres,
 Collisque fremunt, trudent dum viribus equis,
 Concutiunt terras, iactatum sæpe profundum
 Extollunt summo cælo, fluctusque tumentes.
 Vt mox tempestate ruant à culmine cuncta
 Oppida, tecta simul, populos quo glutit hiatus
 Sublit interdum elatis, vel montibus, ictu
 Turbinis exciti, diuisaque culmina transfert
 Ab radice ima, vallesque cacumine complet
 Illato montis, subter vel protexit urbes
 Immani oppressas tumulto, quo funere condit
 Inde aperis valles, ubi mons, surgebat ad astra.
 Hæc populus cernit, cum tellus mugit, & equor.

Dū fit pro-
 cecio signa
 varia in mō-
 te videntur.

Populi stu-
 diū in hoc
 motu.

Populus
 Resp. in
 vob. B. Ma-
 rii, Carme-
 li Montis
 Deū orat

Hæc oculos vertunt cuncti, ancipitesque maligno
 Horrificas metuumt portendi à sidere clades.
 Nubiferas largis effudit se imbribus aer,
 Omnia vobis trahunt, segetes, & pinguis culea,
 Et pecora, & sylvas magnas, & saxa domorum,
 Et nouus attonitos ferijt formidine terror.
 Formidant cuncti, gelidusque per ima recurſat
 Offa timor, quid iusta Dei desideret ira.
 Incens, ac calam vatis, fletusq; fatigant;
 Gens sacro præcibus sociis squalentia membra,
 Voce alij refona præcedunt ordine longo,
 Ordine succedunt alij equo signa videntes
 Vesseui montis. Carneti templa precantes
 Iam penetrant, precibusque pijs, manibusq; supinis,
 Talia soluebant in præstas labra loquelas.
 Perfugium Deus omnipotens sis, unica virtus
 Nobis

Nobis, non obscura inopum tutela, & Asylum
 Tam miseris gratum, quam afflictis undiq; tutum.
 Te duce nulla mala, & nihil exhorrebimus atri,
 Terra licet raucis minitetur hiatibus iram,
 Præcipitesque ruant medio sub gurgite montes,
 Grande procellosis crispetur fluctibus æquor,
 Defendis cunctos, & dira minantibus adfers
 Rebus opem, locus effugij cum non patet ullus,
 Verte tuos ad nos oculos, saluabimur omnes
 Turbati; cerne, ut coeunt in prælia venti
 Cum fremitu, populos vexat furor undiq; magnus
 Intonat horrendum cælo, compage soluta
 Dissilet & tellus. Pietas tua cælica nobis
 Adsit, respice res tenues, miserere precantum,
 Oramus, prohibe stygios è manibus ignes;
 Nil nisi triste vident mea lumina Conditor orbis
 Eripe me, saluumque malis instantibus, umbra
 Protege celsa tua, iuxta te summe Redemptor
 Me positum statue, & tunc insidiosa potestas
 Contra licet Vesseus atrox me pugnet inermem,
 Ignis ab excelso mirabilis irruat axe;
 Ac flammis consumat oues, populosque perurat,
 Et populos etiam iaculis configat acutis,
 Undique ventorum validus ruat impetus, ignis
 Seuiat insolitus, furibunda procella per arua,
 Omnia conuoluens, evertat funditus ædes.
 Nos tamen à cunctis saluet tua dextra periclis,
 Ac per amena, & honesta loca, & loca tollet opima,
 Summa ubi cunctorum florescit copia rerum.
 Exurge ò Deus exurge, & nos protege ab omni

Populus
 orat omnes
 Diuos tute
 lares, & qui
 sunt in SS.
 Annun-
 tionis ade,
 & alios, Sã-
 ctos.

*Murmure Vesseui, ærumnis nos exime tetrus;
 Hoc tua te pietas, hoc te clementia poscit;
 Hoc Regina parens, & sponsa M A R I A precatur,
 Virgo potens nostros semper miserata pudores,
 Viuifica fragmenta Crucis, Sanctique Beati,
 Mixta Virginibus nuptæ cum millibus orant.
 IANVARIVS Martyr fortis, Patrũ inclytus Af-
 Hocq; Thomas, Euphretius, Anastasius, atq; (pren,
 Agnellus, Severus, sic Pascasius Abbas;
 Hoc pia prætereà Sabini Præfulis ossa,
 Primani cineres, Firmani, atque ossa beata,
 Quæ cuncta hac nostra sunt tempestate reperta
 Iapygijs oris, quæ in sacra Virginis ade
 Seruantur, pellant Vesseuo talia monte;
 Baptiste hoc digitus, tollentem crimina mundi
 Agnum quæ ostendit, seuoque Herode perempti
 Innocui Infantes, Loyola, & Borgia, Koska,
 Hoc Xauerius, hoc Aloysius inclytus, hocque
 Andreas chrus, Iacobi corpora Diui,
 Suppliciter populus quæ duxerat obuia monti;
 Quidquid nunc spirat, quidquid super æthera viuit.
 Hoc gentes genibus flexis, tentisque lacertis
 Exorant, iterantque preces, spissaq; M A R I A M
 Voce vocant, Nati ut præsentem dissipet iram.
 Nos noli damnare, precor, bone Conditor orbis;
 Sed causam nos sancte doce, cur seuiat ira,
 Et furor iste tuus nos conterat? an ne videtur
 Quod tibi conueniat, quod nos damnaueris astutus
 Si coneris opus manuum nos iuste tuarum
 Opprimere? atque iuues opera crudele malorum
 Consilium, nulloque habitum virtutis amore?
 Artifices*

Artifex, Diuaque tua, Pater optime rerum
 Nos fecere manus, (circum sepitur ut hortus)
 Plasmarunt nostrum solidâ compagine corpus,
 Es te precipitas nos tanquam à vertice lapsos
 Clade repentina à Rex, ò ædèda memento,
 Quod luteum veluti rias nos confinæris, & quâd
 Pulueris in sordes iterum post fata reduces.
 Non sum animi dubius, quod noueris omnia, quòdq;
 Sis memor omnipotens horum fidiſſimus. Ergo
 Si tibi peccauit som, ~~et tunc amittit hanc,~~
 Tu nostris precibus merito placatas ad horam,
 Indulges veniam culpæ, naximque remittis,
 Cui mea sublati abolerâ crimina pœnis
 Non sentis & atque meos pateris cessare timores &
 Plurimus ipse tuus furor in nos seuit, & ira
 Quid tua nos virtus grauidæ genitricis ab inlato
 Elicuit & miserâ quâd incedi haurire dedisti?
 Nonne foret satis inedia decedera partu?
 Tu qui nullius spernis suspèria, vastas
 Sume preces, oro, dumago qui carvæ teguntur
 Ad te cum lacrymâs veniunt, cum tburis acerra.
 Nostra adeo innumera, atq; immanis sermimus esse
 Crimina, sed tuamun. hœmâ delicta piabit
 Ad te gens hominum certatim confluit æsa.
 Reictos, Deus, exitio nos morte eladist
 Irata. cultus iterum conuente fore nos,
 Pacatusque redi, ne c. addas vulnera plagis,
 Nec quatiâs montem laxis compogibus altum,
 Nec pandas vastos, magnæ telluris hiatus,
 Sed modo fas hœcera conctescant viscera terræ
 Rurſus, & emato nutantem cardine molem.

Deus ad hâ
 ram pareit
 poenitentē

Nonne foret
 satis inedia
 decedera partu?

Deus respice
 det placatus
 Urbis Neapolis.

Deus cuncta
 et prospera
 pollicetur.
 Pop. Neap.

Instaura, serapeus populo, quam pascis amare,
 Ne praedat sit montibus. Audiamos Deus aure
 Grata, et praesenti redimat tua marmure dextera.
 Sacro ex alyto Deus accoracacula promissa
 Vera, quibus populus felice habitabitur omnis,
 Et dabit haud dubie posita phacabilis ira
 Signa secunda; pijs dabit amara prospera, leges
 Qui Divas, et sacra colens, orare relicto,
 Nec sterilem fecerit ager, nisi subrigens, messes
 Area magna teret, verno Autumnus honorem
 Reddet, Non tumidis serena vextata procellis
 Aquosa, nec gelida riger horrida terra pruina,
 Vernas ager, flore sua humus gemmantibus herbis,
 Et Rosa purpureo rotans vestitur nati tu,
 Et placidis volucres concentibus aera nutent
 Quae haec bene ridens, vultus natus benigno,
 Ornataque suis pro cadens fragilis vana.
 Gens plausum in gemmantibus, et vana bus aetnae optes
 Mellifluis fructus ducunt pomaria montes,
 Feracis fructus addent montes, Mirraeque Hyacinthos.
 Magna Dacorum pars hic depicta palatia condet:
 Opatis aqua d'arabum, gemit picea fructum
 Hinc peroni farient vana fructa silas
 Hinc ager hinc vana vana alicuius implet;
 Hinc segetes vana vana vana vana vana vana;
 Hinc vana vana vana vana vana vana vana;
 Scilicet ut vana vana vana vana vana vana;
 Pinguis otus, curas vana vana vana vana vana;
 Aere vana vana vana vana vana vana vana;
 Tempore cuncta suo spera me alimenta daturum.

D. Io.

D. IO. PETRI MASSARII V. I. D.

Gratiarum actio pro recepto beneficio

DEO LIBERATORI.

QVI superas colitis caelorum in culmine sedes.
 In Domini laudes ornatum carmen herilet
 Pangite, qui nutus eius, vocemq; parati
 Obsequio, accensi, seruat, & argmina caeli
 Cuncta Deum celebrare, quibus perspecta voluntas
 Illius, & factuli completis iussa fideles.
 Q quicumque orbem colitis date cantica summe
 Letitig Auslari, sacra cuius in aëra nomen.
 Tollite, & hymnidicū, quo est dignus, promitte carmē
 Et vas Artificem res collaudate creatę,
 Et grates agite a gentes, cantusque referte
 Ingentes, resonetq; Deum vox resona eundem.
 Is populos seuu nostros reuocauit ab igne,
 Firmauit terram, montem virtute potenti,
 Pinguescunt nemora, arrident iam germine montes,
 Letitig accincti referunt gaudendo triumphos,
 Vellere tam niueo, viridi quàm gramine caulas,
 Atque greges ouium velant quoque pascua, colles
 Triticea flauescunt messe, & cantica promunt.
 Nec totis Vesseuus nixus viribus in nos
 Irruit, & viuos anidā nos fauce vorauit.
 Nec feruet Vesseui truces ignis in iras
 Indomitus, nec equoreꝝ nos impetus vnde
 Vertice desorbet rapido, torrentis & instar
 Vis tumidi rapuit fluctus, nostrosque procella
 Gur-

Exultantur
 spiritus Bea-
 ti ad Deo
 reddendas
 gratias.

Mundi
 incolę.

Creata
 quęque.

Ob firmatā
 terram.

Ob concess-
 sam terrę
 viriditatem.

Ob cessatā
 indomitis
 ignis con-
 flagrationē.

Vrbs Nea-
polis excita-
tur ad gra-
tias agēdas.
D. O. M.

Diuo Ianua-
rio & alijs
Sanctis Pro-
tectoribus.

*gite non mergunt populos, sed laudis honores
debentur Domino, qui praedam montibus aspris
Nos non esse dedit, depressit Vesbius ignes,
Surgentes tenebras, cineres, incendia, & undas,
Mirum exhalantem summo de vertice fumum.*

*Cantica Sirenis Domino date fausta Coloni,
Aeternum cantate Deum, nec gloria maior
Vlla sit, aeterni quam numinis & sive vacate
Laudibus, & tales depromite pectore voces.*

*Maestas est magna Dei mihi nota potentis,
Attollitque Deos supra caput arduus omnes,
Ipse suo regit arbitrio, quod continet aether
Circuitu, quod terra sinu complectitur amplo,
Quidquid & equore is respirat, & immatat undis,
Quidquid & immensa natura voragine celat
Telluris, vastique maris, memor ille salutis
Tempore difficili nostrae fuit, arte tuetur,
Collapsos attollit humo, reatumque colentes
Diligit, à quouis tutos discrimine seruat.*

*IANUARIO, Thomae, magnas perfice laudes
Aspremo, Agnello, Loyola, & omnibus illis
Proplite submisso, quos iam numerauimus ante.
Nam licet emoto nutaret cardine tellus,
Conuulsique suis montes radicibus aequor
In medium ruerent, scopulisque cacumina falsis
Miscerent collisa vadis, superauimus omnem
Fortunam. Dominas manibus Regnator habenas
Sumpfit, & Augusto se maiestatis amictu
Induit, & valido circum se robore cinxit
Firmauitque suis stabiles compagibus oras
Vesseui, & populos soluit tua dextra periculis.*

Hinc

27

*Hinc tua collaudant populi pia numina vocem
 Tam resonant, quam animo concordi, & te super
 Solemni attollit pompa plebs tota per urbem;
 Sicq; tibi reddit dignas pro munere grates.*

*Gratia summa tibi cunctorum ò causa bonorum
 BONCOMPAGNI Adam sobolem mortalibus agris
 Fecisti nasci, motus pietate superna,
 Cui curas NEAPLIS te committente perennis,
 Tartareus non ille queat dispergere Latro,
 In cæcorègno rabidas detrudere fauces.*

Gratias agit
 Deo quod
 Card. Bon-
 compagnum
 Neap. misere-
 rit.

*Gratia summa tibi Auellina BARTHOLOMAEVM
 IVSTINIANVM Pastorem commiseris Vrbi,
 Iustitia insignem, clarum natalibus amplis,
 Relligione sacrum, sancta pietate verendum,
 Ipse gregem largè pascit, nutritq; sacra-
 tore docens cœli latè præcepta beati,
 Quò bene sydereas possit conscendere sedes,
 Sicq; gregi auxilium præbet, affertq; salutem.
 Saeva sibi nunquam poterit fortuna nocere
 Deceptrix hominum, & si quidlibet illa molesti
 Assolatur, semper mortalibus inuida rebus
 Infert, illius rescindet tela, manusque
 Omnia consilio, cum peditus indole mentis
 Sit acri, vincet, extabit ad omnia fortis,
 Aequore non secus Aegeo Marpesia cautes.
 Et sibi, ni inuideat violenta potentia fati*

Gratias red-
 dit Deo ob
 missum Pa-
 thorem Bar-
 thol. Iusti-
 nianum ad
 urbem Auel-
 linen.

• *Purpureo incedet redimitus tempora sero
 Ob merita haud parua, & si non vanus Aruspex
 Gratia summa tibi, ZVNICAE qui cernere gèti
 Optatam hanc mundi lucem, Deus alme, dedisti,
 Diligit & Regni gentem, sic vsque tuetur;*

Reddit Deo
 gratias ob
 gentem Zu-
 nicam orbi
 datam.

Illius

*Illius ut causa haud dubitet diffundere vitam,
Vnde ipsi maior succrescit gloria, partes
Fama per extremas orbis velocior alas
Commouet, egregium sublimia ad aethera tollens
BMANVEL ZVNICI Nomē, patriāq; genusq;*

Honores ex
hibiti Pro-
regi Zuni-
co in Vigi-
lia S. Ioan-
nis Baptiste
à Populo
Neapalit.

*Urbs vaga Parthenope pulcherrima pēdet ab ore
Ipsa tuo, fitq; Hibla rosis, fitq; India gemmis,
Argos equis, opibus Rhodus, cerealis Eleusis
Frugibus, auleis Babylon, ficto ere Corinthus,
Eurotas auibus, muscoso margine Epirus,
Quin sese tradit totam, quin deuouet omnem
Se ZVNICO, gestitq; omnis letatur ubique,
Visendique ruunt studio per compita Ciues,
Femineusque globus testis miratur ab altis
Hesperium cupidus ZVNICVM, nā digna uideri
Maestas, faciesque almo candore resurgens,
Nec vaga fidereo satiantur lumina vultu;
Hinc urbem vario florum densissima nimbo
Tempestas operit; clara dum laude triumphi;
Præcedit late militum manus omnis, & ingens
Post equitum globus varius per compita ubiq;
Ast varijs alij cristis, auroque corusci.
Post oēs ZVNICVS Princeps pulcherrimus Heros
Acri uetus equo, præcellens altior illis
Eminet, atque oculis regalem spargit honorem,
Ut solis specimen Phœbe præcessit, & astris,
Post alij longo succedunt ordine Ciues,
Atque viri fortes adsunt, & serica mollis
Aura super longas bicoloria ventilat hastas.
Concaua è summis sonitum dant arcibus era.
Sic ZVNICO cuncti lato plausere triumpho.*

Præ-

*Praibat clarus gestis ANTONIVS altis
 ANGELICVS varijs donis, studijsq; Minerua,
 ELECTVS Populi prudens, virtute decorus,
 Vetus equo, ZVNICO spectacula monstrat eunti;
 Compita quae circum Populi posuere fideles.
 Hic est ANTONIVS, cunctas qui Palladis artes
 Agnouit doctus, doctum sapientia pectus
 Ornauit, patuitque illi quid Graecia dixit;
 Quid Sparta eloquio insignis; quid Dardana tellus.
 Adde etiam regum se immensa volumina dextra
 Tractasse intrepida, quicquid mens sancta Licurgi
 Quicquid Pompiliij, quicquid Solonis apertis
 Insculpsit tabulis, didicisse, & pectore totum
 Insculpsisse suo, & simul agnouisse, quid omni
 Sit dignum imperio, quicquid Praeside, & Vrbe.
 Namque sibi primum nascenti risit Apollo
 Fatidicus; Castum Cypris spirauit amorem,
 Ipsa Iouis contux altos promisit honores
 Regia, post omnes Pallas donauit & artes.
 Viue igitur felix felici sidere nate,
 Omnia felici tradet tibi sidere caelum.
 Quas tibi condignas persoluere debeo grates
 Summe PATER; sacro iungis, qui foedere lecti
 Famineam sobolem, pariter prolemque virilem:
 Vt genus humanum, de quo tibi sumere carnem
 Complacuit caram, passum per secla propagans,
 Empyrea tandem felici sede locares.
 Firmavit depacta prius sponsalia CAESAR
 Heros BONONIVS, quoq; CLAVDIA clara CARA
 Nescit amore fides concordiae foedere amantes. (FA.
 Dum circumflexo vitis noua serpit in vltimum*

Pal-

Antonius
 de Angelis
 I. V. D. Pop
 Neap. Ele-
 ctus lauda-
 tur.

Reddit Deo
 gratias ob
 liberatos
 Caesarem
 Bononiũ &
 Claudiam
 Carafam ab
 incendio mō
 tis, licet eo-
 rum domus
 sub radice
 montis sita
 paruum dā
 num passa
 sit.

*Palmite, dum truncos hedera ambitiosa tenaci
Circuit amplexu, dum murmurat ore columba,
Et decerpta sonant mordentibus oscula rostris.
Franciscus, Carolus, Marcellus sanguine nati,
Sanguine tam claro tanta & pietate nitentes
Egregiam gignent sobolem, quæ deinde per auum
Laudetur, vigeat, viuat, dominetur, ametur
Prouida, quæ fati rescindet tela, manusque
Omnia consilio, refluetque reciproca Tethys,
BONONIVS splendor, decus immortale per orbem
Aeternum viuet, serosq; excurret in annos.*

*Nam Deus eripuit genti, quæ numinis iram
Asperat, & saus protexit murmure montis*

O mihi si doctus tribuisset carmina Phœbus

*Mœonia, efferrè FRANCISCV M ad sidera cæli
CARAFIV M, vxorēq; MARIAM nomine clarā
Stirpe. MACEDONIA antiqua, virtute beata
Sidus honestatis, felicibus edita stellis.*

*Non te FRANCISCV M celebros, Pythona sagittis
Te strauisse ferum, non te Touts esse superbam
Progeniem referam, maior tibi gloria, maior
Splendor adest, variam nã si mihi voluere Auorum
Contingat seriem, cælum en mihi sidere pictum
Multiplici, en video fulgenti lumine ubique
Tyndaridas alios; alios en vndique Martes
Attamen his cunctis sol tu magè lucidus ardes,
Splendoremque auges cunctis splendoribus aureis,
Dum te conspiciunt omnes virtute nitentem.
Hinc validas Montis furias, incendia vitas
Contulit ecce Deus vitalia robora cordis.*

F I N I S.

Franciscus
Carafa, &
Maria Ma-
cedonia lau-
dantur ob
magnas vir-
tutes ab in-
cendio mô-
tis liberati,
nec domus
sub montis
radice po-
sita diruta
fuit, nec rus
damnum
passum.



